



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118863**

§. 79. Continuatum Polonos inter & Suecos bellum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](#)

tra Carolo Nivernensium Ducì, qui e- Sæc. XVII.  
tiam sequenti post Vincentii Ducis obi- A.C. 1627.  
tum die Mantuam ingressus, cives mi-  
litesque sibi sacramento obstrinxit, in-  
cassum reclamante, ac Hispanorum ar-  
ma comminante Ferrantio, in cuius fa-  
vorem Consalus Corduba Mediolani  
Præfectus, clandestina cum quibusdam  
civibus conspiratione facta Casalensem  
Urbem ingressus, subditos a Nivernensi  
Duce avertere studuit: spe vero sua  
delusus per Trajanum Viscardum Can-  
cellarium, qui Casalenses & Montfer-  
ratenses in Nivernii fide servaverat,  
Philippum IV. Regem ad bellum Hi-  
spanicæ Monarchiæ perniciosum, Italiæ  
funestum, ac toti Reipublicæ Christia-  
næ noxiū incitavit, frustra Venetis &  
Nivernio pacem inter Franciæ & An-  
gliæ Reges sollicitantibus.

### §. LXXIX.

#### *Continuatum Polonos inter & Sue- cos bellum.*

Dum in Italia bellum parabatur, acrio- *Jäger Hist.*  
res, ac rei Catholicæ oppido fune- *Eccl. l. 7.*  
stæ belli flammæ in Borussia accensæ *cap. 18.*  
latius incendium Germaniam usque *Pufend. Hist.*  
propagarunt; Gustavus enim Adolphus *de Sued.*  
Sueciæ Rex accepto nuperæ clavis *t. 2. p. 190.*  
nuntio commotior factus, Mense Mayo *Lotich. rer.*  
cum *Germ. l. 20.* *cap. 4.*



Sæc. XVII. cum validiore exercitu Borussiam de-  
A. C. 1627. nuo invasit, ipso Duce ob religionis si-  
militudinem armorum successum clam  
facilitante: primo igitur impetu in Dan-  
tiscanos facto, ac nonnullis eorum na-  
vibus interceptis, Sueciæ Architalaf-  
sus classem suam urbi proximus admo-  
vit, mox tamen inde non sine clade re-  
pulsus: die autem vigesima Julii Sueci  
rursus in Dantiscanos classarios inven-  
captis Polonorum non paucis ceteris  
repulerunt: æque fausta, magis te-  
men cruenta erat Acheni Todi Sueci  
victoria, quam de Polticico Polono Bel-  
liduce post iteratam suorum cladem re-  
portaverat. Minus vero prospéra ter-  
restris expeditionis fortuna Guliavo  
Regi adspirare videbatur; cum enim  
classis suæ successum promoturus, Dan-  
tiscum obsidere pararet, re ad prælii  
necessitatem deventa retrocedere con-  
ctus est, prope Kesemarekam arcem in  
ventre sauciatus: sanato autem vul-  
nere eandem arcem occupavit, Me-  
via vicissim a Polonis capta. Tun  
vero de pace actum, irrito tamen for-  
cessu; quocirca redintegrata hostilitas  
Sueciæ Rex Polonorum castra invall,  
majore vincendi aviditate, quam præ-  
gnæ fortuna; edita enim magna utri-  
que strage Poloni solutis Suecorum ve-  
dinibus aciem eo inclinabant, ut ipsum  
Regem

Regeim per cubitum glande vulnera- Sæc. XVII.  
rent, quo fato attoniti Sueci mox ex A.C. 1627.  
prælio ad castra reversi palmam, quam  
in manibus tenebant, amisere? Ineun-  
te autem Autumno rursus Batavorum  
opera de pace actum, Gustavo cuncta  
præter Rigam hucusque erupta Polo-  
nis restituere parato: nec exigua litem  
de Sueciæ successione componendi spes  
affulsiſſet, viſi Sigismundus amplis Hi-  
spani Regis pollicitationibus, necnon  
ſuppetiis a Cæſare per Adolphum Hol-  
fatiæ Ducem ſubmissis incitatus, jus  
ſuum armis prosequi ſtatuifſet. Verum  
Gustavus occaſionis opportunitate uten-  
dum ratus, Polonis hyberna agentibus,  
Wormoditum Warmiensis Episcopatus  
urbem invaſit, & Turianus Comes  
plusquam mille Polonos subdole in ar-  
cem quamdam pellectos trucidavit, Po-  
lonis interea promiſſam Hispanorum  
clafſem fruſtra præſtolantibus, eoquod  
urbes Anſeaticæ Hispanam navigatio-  
nem in mari Balthico ſibi pernicioſam  
fore veritæ, nullas naves, nequidem  
empto dare vellent: Sigismundus igi-  
tur alieni ſubſidiī ſpe fruſtratus, propriis  
ſumptibus naves aliquot instruxit, ac  
exeunte hoc anno in Sueciam clafſem  
ante Danticanum portum invectus,  
binas naves cepit, unam cæſo Præ-  
fecto, demerſit, ac reliquas laceras,

H. Eccles. Tom. LVIII. Rr fra-



Sæc. XVII. fractasque in portum Pilaviem re-  
A. C. 1627. pulit.

## §. LXXX.

*Francisci Mariæ a Monte Cardinatis  
obitus.*

*Ciacon. in  
vita Sixti V.  
Ughel. in  
addit.* **H**oc item anno ex Purpuratis dien-

vigesimam septimam Augusti vite  
suæ supremam habuit Franciscus Ma-  
ria a Monte, ex Marchionibus de Mor-  
te S. Mariæ Venetiis natus. Hic Ro-  
manam nondum adulta ætate delatus, ob  
pietatis & doctrinæ præstantiam, mo-  
rumque suavitatem Alexandro Siorio  
& Ferdinando Medicæo Cardinalibus  
appime charus, a Sixto V. Apostoli-  
cus, ut vocant, *Referendarius* nomina-  
batur, Medicæo autem Purpuram  
exuente, Cardinalium Collegio adcri-  
ptus, ad varios Ecclesiarum titulos, ac  
postremo illum sanctæ Mariæ in Arace-  
li cooptatus est. Congregationibus Sa-  
crorum rituum, Signaturæ gratiæ,  
Fabricæ S. Petri, aliisque multis Ec-  
clesiæ negotiis præfectus: Nec imme-  
rito tot dignitates, honoresque propero-  
cursu in unum Franciscum conflu-  
bant, qui nativis clementiæ, pietatis,  
omniumque virtutum studiis cunctorum  
in se vota & affectus converterat, libe-  
ralis in pauperes, beneficus erga ami-  
cos,

